

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Delineatio pandectarum - Cod. Ettenheim-Münster 76

[S.l.], [18. Jahrh.]

Liber 33

[urn:nbn:de:bsz:31-108646](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108646)

Tit. 1.

De annuis et mensuris legatis
et fidei commissis.

Hactenus de legatis in genere nunc de iis
quae aliquid singulare continent agendum
proinde

Q. 1. Si alicui legatum centum annui
vel mensuris, i.e. centum singulis annis,
vel mensibus ab herede solvendi, utrum ejus-
modi legatum sit unum, ita ut heres semel
centum solvendo liberetur, aut utrum plura
sint legata, ita quidem ut singulis annis sint
centum legatario persolvendi? R. tot esse le-
gata et toties quoque praestanda, quot annis
vixerit legatarius, l. 4. et 11 ff. h.

Q. 2. An huiusmodi legata sint pura? R.
huiusmodi legatum pro primo anno est purum
pro reliquis autem annis, quandiu legatarius vi-
vit, est conditionale d. l. 4. cum subintelliga-
tur haec conditio si vixerit legatarius. Rursum
si legatarius post testatoris obitum etiam ipse
mox decederet, nihilominus legati exactionem
pro hoc anno transmittet ad heredes, eo ipso,
quod pro primo anno legatum purum sit.

¶ Quid juris Q. 3. ¶ Si legatarius post ingressum secundi
anni brevi moreretur? R. etiam legatum
annuum transmittit ad heredes, ita ut per
l. 5. ff. h. attamen sicut ipse, si vixisset, an-
te finem anni ~~et~~ legatum praestendere non
potuisset, sic et heredes eius. est enim condi-
tionale, nempe si ~~vixisset~~ ^{vixisset} ~~et~~ ~~heredes~~. Videtur hic
n. 6

24. Quid dicendum si testator legaverit centum annuos florenos ad decem annos mortuo testatore duobus adhuc integris annis supervixit legatariis, et postea etiam mortuus est. an pro reliquis actis annis centum annuos ad heredes suos transmittat? R. neg. si legatum sit relictum alimentorum nomine, tunc enim censentur isti centum annui plura esse legata, quarum unum purum, reliqua vero conditionalia. conf. l. 22

* Quod si vero testator potius voluit legatum in plures praestationes ad heredis exonerationem et faciliorem solutionem ex terminorum distributione resultantem dividere tunc pro reliquis annis transmittetur ad legatariis heredes, per l. 20, et 26 §. 2 ff. de Quando dies leg. vel fideicom.

Porro cum legatum annuum habeat similitudinem cum legato usufructus, eo quod tam legatum annuum, quam usufructus morte naturali legatarii, et usufructuarius extinguatur l. 8. ff. h. idem

2.5. qua sit differentia inter utrumque
R. Ususfructus finitur capitis diminutione non vero annua legata ^{l. 8.} usufructuarius ea si decesserit fructibus necdum perceptis, licet alias maturis, ^{et} ad heredes transmittit, sicut legatarius annuus, ut iam diximus. et si in ingressu anni moriens, ut supra diximus

2.6. si testator heredi suo mandavit, ut caso 100 florenos post decem annos a tempore mortis computandos solvat, heres autem post 100 decem annos a tempore mortis computandos solvat sex vel septem annis casus solvit caso praedictos 100 flor.; quos ipse

Lib. 133.

prodigaliter dilapidavit, an heres sit liberatus? R. affirm. fit si in favore ipsius heredis talis dilatio adiecta fuerit, sed si in favorem legati legatarij, cum forsitan sit pupillus C. Vidmont. l. c. n. 29.

Tit. 2.

De usu ff et usufructu, et reditu, et habitatione, et operis per Legatum vel fidei commissum datis.

Libro secundo actum est de personalibus servitutibus inter vivos constitutis, nunc de servitutibus ex ultimis voluntatibus nobis agendum est.

Q. 1. Quid sit reditus Legatum, et quomodo distinguatur à Legato usufructus? R. ad id. quod tunc sit Legatum reditus, si testator verba, quibus reditum Legat ita concipiat: ex meo fundo Corn. Corneliano reditus singulis annis Titio dari volo, l. 22 ff. h. Contra si testator ita disponeret:

fructus annuos fundi Cornelianus lego Caio. tunc perinde foret, ac si usufructus Legatus fuisset, l. 20 ff. de usufr. Q. ad id. quod Legatum reditus etiam in effectu differat ab usufructu, et quidem praecipue in eo, quod in Legato reditus annui testator voluerit herede fructuum fieri Dominum, et eos postea praestari Legatario, consequenter is reditum sua propria auctoritate percipere nequit; Contra usufructuarium non ex heredis manibus, sed ipsamet omne comodu percipit

Q. 2. Quid juris circa habitationem, v. g. si alius usus adium Legatus fuisset, et is non indigeret omnibus conclavibus, an vacantia

proprietario relinquere teneatur ad inhabi-
tandum? R. neg. l. 22. §. 1. ff. de usu
et habit. ibi: ei tamen domus partibus qua
vacabunt proprietario non utetur, quia licet
usuarius aliis et aliis temporibus tota domo
uti.

Q. 3. de refectione rei, cuius usus alicui lega-
tus est, an usufruario, vel proprietario injungenda.

R. vel omnes fructus usufruario pro sua ne-
cessitate consumit, et sicut tunc ipse solus on-
nem utilitatem percipit, ita quoque aequitati con-
venit, ut solus ad salvam conservanda proprie-
tatem tam onera refectionis, quam alia incom-
moda ferat; vel facta usus deductione ali-
qua adhuc fructuum portio superest proprie-
tario restituenda, et etiam is pro rata fructuum
partes onera sustinenda sustinere debet, quia
sentit comodum sentiat et onus, per vulgata

Q. 4. Sed quid ^{cum} si impensa alia sint modica,
alia magna, num usufructuarius ex propriis
expendere teneatur? R. aff. quoad modicas.
Sed, quoad magnas, quas si expendant, eas
a proprietario repetere poterit, sicut et necessa-
rias, utilesq; arg. l. 7. C. de usufr.

Tit. 3.

De servitute legata

Huius servitutum realium materia superius
in l. 8. jam discussa subiciemus nonnullas
alias quaestiones ibidem praetentatas. Tit. 3.

Q. 1. utrum servitutes ex sua natura reales
sive praediales non possint assumere naturam
personalem servitutum? R. affir. huius est
servitutes praediales ex sua origine dirigantur

ad praediorum utilitatem, hominum tamen conven-
tionibus constitui queant, et etiam absq[ue] pre-
dio y dominante persona uni ita competere
queant, ut hujus modis, si non ipso jure sal-
tem ope exceptionis expiant, ut rez, ad succes-
sorem uniusq[ue] rez particularem transeant.
l. 4. ff. de servit. praed. rust.

Q. 2. utrum jura spatandi, mandandi,
aut usenandi in alieno praedio sint servitutes?
Q. probabiliter negat. per l. 8. ff. de servit.
non enim sunt reales, cum nullius praedii Domi-
nantis utilitatem augeant. non sunt persona-
les, cum harum proprietates consistat in fructuum
et elementorum perceptione. Tali igitur jura
non nisi per pactum acquiri possunt.

Q. 3. de jure decerpandi poma vel alios
fructus in alterius orto, an saltem hoc
jus non sit servitus? Q. Dist. vel ejus-
modi jus voluptatis tantum gratia constitutum
est, et sic nulla foret servitus, d. l. 8. vel
constitutum est pro acquirentis necessitate, et
tunc admitti debet servitus.

Q. 4. Si testator habeat duas domos uno
pariete, qui utriusq[ue] domus onera sustinet
distinctos, postea autem domum mihi, alte-
ra vero tibi legavit, et mortuus est, qualis
ratione huius parietis actio uni contra alterum com-
petat? Q. nec confessoria nec negatoria
actionem praedita esse, sed cum paries, ut
communis utriusq[ue] legatus esse censetur, uni
contra alterum ad parietem hunc dividendi
iudicio communi dividendo provisum esse, l. 4.
ff. h.

Q. 5. Quid si in pariete extant foramina
vel fenestrae, mansuetae, vel adus blindfen-
strae, cuius tunc paries esse praesumatur?

Q. uel sales fenestra, aut foramina extant
ex parte unius tantum, et paries profumi-
tur esse communis illis, ex cuius latere
extant, modò ex altera parte non repe-
riantur alia signa in contrarium: uel re-
periuntur ex parte utriusq, et paries pro-
fuitur esse communis, vidm. h. n. 22.

Q. 6. Quid uterq, in pariete comuni
facere queat? R. uel paries est
communis pro indiviso, et neuter altero
inuito quid facere poterit. l. 28 ff. Com-
mun. divid. uel paries est communis pro
diviso ita ut una dimidietas parietis ad
dimidietatem crassitiei ad hunc, altera
ad alterum spectet, tunc quilibet absq, alte-
rius voluntate in sua dimidietate altius
aedificare uel altius attollere ³ tole-
ret. Ratio, quia quilibet potius in suo
quò alieno aedificare censetur.

Tit. 24

De dote prolegata

Nota idem hic est prolegatum ac legatum, unde
particula pro pro hic nihil operatur.

Q. 1. Si maritus in suo testamento uxori do-
tem legavit, utrum eiusmodi legatum de jure
subsistere queat? R. ^{licet negativa verior videatur} ~~non~~ eo quod legatum
rei propria non valeat, est enim dos per se ^{q. in prius}
uxoris nihilominus affirmativa tenenda est quia nobilior est
legatum dotis quàm de dote actio.

Q. 2. Si maritus ab uxore in dotem rea-
liter mille ^{flor.} accepisset, in suo postea testa-
mento legat uxori mille florenos, an uxor
hos mille legatos, et insuper mille pro dote
marito illatos, et sic duo milia florenorum
petere possit? R. affirm. nisi manifestè

constet, quod maritus compensandi animo
tale voluerit relinquere legatum per
test. in l. unic. §. 3. C. de rei. usor. act.

Q. 3. quid juris in prolegata dote? R.
Uxor ex legato statim agere potest, nec cogi-
tur expectare ~~legatum~~ annum, qui datus est stipula-
tioni actioni ex stipulatu in rebus mobilibus,
l. 1. §. 2. ff. h. qui enim promisit, dote ante annu-
m reddere non tenetur, si constet in rebus mobilibus.

Q. 4. Quid si ita legatum, uxori amplius,
quam dotem aureos centum lego, an et dos
videatur legata, ut statim peti possit? R.
manifestum est dotem quoque esse legata, l. 3. ff. h.
consequenter statim peti poterit.

Q. 5. Quid si maritus legaverit dotem,
cui tamen ab uxore nulla fuit allata? R.
si certa summa v. g. 100 aurei fuerint uxo-
ri relictis, tale legatum valebit, et uxori de-
betur, scilicet, si nulla fuerit expressa quan-
titas §. 15. just. de leg.

Tit 5.

De optione vel electione
legata

Q. 1. Quid juris in optione legata? R.
poterit legatarius eligere ^{quam} rem voluerit. hinc
si testator mandat mandatum in suo testamento
ipsi legatario, ut ea suis v. g. equis non
habere possit, poterit optatum sibi vindicare, et hoc
jus optandi seu eligendi transmittit ad heredes,
et si heredes inter se dissentiant, sorte res
erit dividenda, §. 23. just. de legat.

Q. 2. Quo tempore debet eligere legatarius?
R. si testator adiecit, id servandum est alia
decernet praetor certum tempus l. 6. ff. h.

Q. 3. Quid ergo si dies praeteritus sit,
et heres omnes res vendiderit? R. Non
aliter eliget Legatarius, quam si omnia
in integro sint. D. l. 6.

Q. 4. Quid si ante aditam hereditatem
optaverit Legatarius? R. Nihil agit, l. 6.
ff. h. l. 10 de leg. i.

Q. 5. Quid si electio senel sit facta
R. Non potest mutare voluntatem, quia
omne jus legati prima testatione consump-
tum est, quonia res mox fit optantis, l. 20
ff. h.

Q. 6. Quid ^{si} ~~est~~ Legatum generis, genera-
liter, et alternative et obscure relictum?

R. ad 1^{am} Legatum generis esse, cum genus
aliquod rerum ~~concreta~~ relictum est,
ut si libri, Bibliotheca, grex legatur, et
tunc omnia quae sunt in illo genere, per-
tinent ad Legatarium, et quidquid accersit,
ubi et cedit damno Legatarii, si species in
eo genere nonnullae sint sublatae, adeoque si
ad unam speciem genus pervenerit etiam illa
unica species vindicari poterit. S. 18 et
leg. just. de legat. R. ad 2^{am} generaliter
Legatum est, cum species aliqua non determinata
legata est, uti ~~ex~~ ^{ex} equis ex meis lego, et hoc
casu ut supra diximus optio est Legatarii.

R. ad 3^{am} alternative concipitur Legatum,
cum una ex pluribus rebus disjunctim datur,
v. g. lego Titio, meam domum, vel si major
maior mavult, meum praedium, quod si testator
verba magis ad heredem retulerit, uti volo, ut
heres meus det illud, aut illud, tunc electio erit
penes heredem, non vero Legatarium.

Lib. 33.

Q. ad 4. Obscurū est, cum testator proposuit certam speciem demonstrare, et non apparet, quae sit illa species; hoc casu electio heredis est, l. 32. §. 1. ff. de leg. 1.

Tit. 6.

De Tritico vino vel oleo
Legato

Q. 1. Quid juris, si istae res fungibiles cum certa qualitate sint Legata, v. g. Vinum vetus non novū, vinū rubrū non albu.
R. debent praestari cum adiecta qualitate vel modo, quod si nulla adiecta sit qualitas, tunc liberum erit, ^{heredi,} cuius generis solvere velit, l. 7. ff. h.

Q. 2. Quid si qualitas, quae haberi non potest sit adscripta, ut lego Tritico modios quatuor decem, qui singuli pondus centum pendunt.
R. tunc nihil peti posse, quoniam ejusmodi triticum non est in rerū natura, l. 108 §. 10 ff. de Legat. 1.

Q. 3. Quid venit legato vini? R. omne, quod ex vinea natum permansit vinū, sic venit vinum acinaticū, vel quod testator pro vini numero habuit.

Q. 4. Quid de vasis statuendū Legato vini?
R. vasa minora Legata esse censentur, l. 3. §. 1. ff. h. sed vasa magna, quae ad perpetuum usum servantur, neque cum vino alienari solent, l. 3. §. 1. ff. h.

Q. 5. Quid si quis heredem damnaverit, uxori dare vinū, oleū frumentū?
R. omne, quantum paterfamilias reliquisset debebitur, l. 7. in fin. ff. h. indefinita enim oratio aequipolet universali.

Instrumenta in hoc tit. non sunt Documenta
 Libraria, sed apparatus rerum diutius man-
 jurarum, sine quibus exerceri nequit possessio
 l. 12. ff. h. sicut autem rerum et artificiorum
 varia sunt genera, sic et diversa species
 instrumentorum, prout in diversa hujus tituli.
 instrumenta domus, hori, tabernae, caupona
 balnei, villa, vinea, pictoris, lanionis & re-
 ferri solent.

Sic v.g. instrumenta fundi sunt suppellex
 rustica hoc est, quidquid ad fructus gignendos
 aut colligendos spectat l. 4. ff. h. ad gignen- ⁷ aut transferendos
 dos fructus pertinent non tantum homines qui agros ^{aut conservandos}
 colunt, ut sunt villici, sed etiam boves, aratorij
 item aratra, legones & l. 4. ff. h. ad collig-
 gendos vel cogendos fructus referuntur
 forcularia, falces, messoria & vid. d. l. 4.
 Ad transferendos planstra, et his similia.
 ad conservandos vero spectant dolia, testae &
 d. l. 4. num

Q. 1. An aliqua sit differentia inter has
 legati formulae, lego Titio fundum cum
 instrumentis, lego fundum et instrumenta
 vel lego Titio fundum instructum? R. In
 differentia, et quidem in primo casu si testa-
 tor legat fundum cum instrumentis, quod tunc
 particula cum efficit, ut instrumenta
 se habeant solummodo per modum accessionis,
 prout si fundus a testatore voluntarie
 alienaretur retentis instrumentis, sicut tunc
 legatum quoad fundum revocatum censetur, ita
 nec instrumenta praestanda forent legatario. l. 1. ff.
 d. l. 4.

Secunda in 2^o casu, si legatur fundus, et instrumenta, etiamsi fundus voluntarie à testatore alienaretur, instrumenta, si non de revocatoria etiam quod ad ea voluntate constaret nihilominus legatario prestanda forent, l. 5. ff. h. quia disjungendo appareret, testatorem etiam voluisse disjuncta esse legata, nempe ut fundus et instrumenta sint duo legata aequae principalia.

In 3^o denique casu, ut lego fundum instructum seu ut instructum non est differentia à 2^o casu facienda, idem enim est lego aut si dixisset testator lego fundum et instrumenta, Jacard. ad §. 17. n. 11. just. de leg. Quamquam ^{quam} Rostern non desunt qui ajunt nullem inter has 3. formulas repromi debere differentiam; hinc monet Lauterbach. optimum esse non propria verborum significatione servari, sed imprimis observare quid testator demonstrare voluerit, ex l. 18. §. 3. ff. h.

Q. 2. Quid si fundus simpliciter legatur?
R. Dotes praedicta extrinseca legatario non prestantur l. 2. §. 1. ff. h., sed tantum ea involumenta, quae immediate ad fundum pertinent, ut dolia, mola, praetium, et quaecumque insisa, vel inaedificata sunt, l. 2. ff. h.

Q. 3. Fundo legato, uti optimus, et maximus est, quid continetur? R. Si quibus fundi maxime in venationibus consistat, continerentur retia, et caetera venationis instrumenta, et quicquid ad instrumenta pertinet, l. 22. ff. h. Si vero in venationibus non con-

Legatus nomen fundi optimi maxime
significatur libertus, prodi; ab omni servi-
tute, l. 48. l. 45. ff. de erict.

Lib. 33. 99

Tit 8.

De peculis legato

Disputant hic Doctores de peculis servorum,
sed cum hodie tales servi n' sint amplius
in usu, super vacuum est, de tali peculio
legato differere.

Tit 9.

De peno legato

Cum etiam à testatore penus hoc est In-
volutum vorraß au spais. quod tractum
legari queat, hinc.

Q. 1. Quid contineatur in legato penoris?

R. Legatum censetur, quicquid usus potius
est, et quicquid familiae veli jumentorum, in
eum usum paratum est l. 3. ff. h.

Q. 2. An omne quod bibitur in peno est?

R. Neg. sed solum quod bibitur alendi
causa, unde medicamentis huc non perti-
nent, l. 5. ff. h.

Q. 3. Quid juris in vasis penarum? R.

etiã ea, sine quibus penus non potest recte
haberi, continebuntur l. 3. §. fin. ff. h.
non instrumentata pistini, et vasa cocina-
ria, l. 6. ff. h.

Tit 10.

De suppellectili legato

Quid est suppellex? R. est domesticum pa-
trifamilis instrumentum, et omnis res, quae

Lib. 33.

ad ornatum adiu, et usum communem femi-
lis est parata, non tamen argentum, non
aurum, non uestis, l. 1. 2. 3. 4. 5. 6. ff. h.

Q. 2. Quid si uxori legauerit domum
cum omni iure suo et instrumento, et suppel-
lectili? R. etiam argentum quod in suppel-
lectili est, debetur non autem escale, uel
potorium, l. 8. ff. h.

Q. 3. Quid si species suppellectilis sint
enumeratae? R. modis uidetur generi esse
datus, ita ut non nisi recensita legatario
praestari debeant. Caterum si suppellecti-
le simpliciter legaretur, tunc species postea
enumeratae, quodam enumerarentur, tunc ex abun-
danti per imperitiā enumerari censentur,
et sic generali legato non derogaretur,
l. 9. ff. h.

Q. 4. Sint ne status officia portio domus?
R. Cum instrumentū domus legatur, sta-
tus non debentur l. 12. §. 23 ff. de instrum.
et instrum. si ~~status~~ ^{uero} officia sint, ut serua-
ri nequeant, uti sunt inaedificata, erunt uera
domus portio

Lib. 34.

Liber 34.

Tit. Tit. 1.

De alimentis uel cibariis
legatis

Q. 1. Quid ueniat legato alimentorum? R. om-
nia uero cibaria, uestitus, habitatio, et reliqua
sine quibus non alitur, l. 6. ff. h. non uero que
sunt medicamenta l. 44. ff. de V. S. sicut lectus et